ANDREAS CAPELLANUS. PUBLIUS OVIDIUS NASO
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 4r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



mulieribus cuiuslibet horridus et incultus aspectus hic
quo tuo pectori volo semper esse affixum. Gwaltheri
amice quod si tali amore liberrime uteretur ut nautas
suos post multarum saltem procellarum undacionem inquietum
semper portum deduceret me sue seruitutis perpetue vinculis
obligarem sed quia inequale pensum sua solet
manu gestare de ipsius tamquam iudicis suspecti non
ad plenum confide iusticia. Ideoque ad presens ipsius recuso
iudicium quia sepe suos nautas valida relinquit
in unda. Et quare amor quandoque ponderibus utatur non
equalibus alibi tractatu latiori te plenius edocebo

Que persone sint apte Amori

Est autem videndum que sint apte persone ad amoris
arma ferenda et scire debes quod omnis compos
mentis qui aptus est ad amoris opera
patienda potest amoris pertingi aculeis nisi etas
impediat vel cecitas vel nimia voluptatis habundancia.
Etas impedit amorem quia post sexagesimum
annum in masculo et post in quinquagesima in femina
licet coire homo posset eius tamen voluptas ad amorem
deduci non potest quia calor naturalis ad hanc
etate suas incipit amittere vires et humiditas ipsa
sua valde inchoat incrementa fouere atque hominem
in varias deducit angustias et eum egritudinum
diuersarum molestat angustiis. Nullaque sibi fiunt
in hoc seculo preter cibi et potus solacia. Similiter ante duodecim

4 n